Gratz 17 Januarii 1847.

Celeberrime Domine!

Litteras tuas unacum scriptis benignissime missis accepi, et maximas exinde ago gratias. Enumeratio mea jam typis mandata esset, ni adhuc ex nonnullis provinciis, praeci-pue Hungaria additamenta exspectarem. Cum mense Octobri Viennae fuissem, plures Botanices cultores visitavi. Prof. Endlicher opus meum quam valde necessarium laudavit. Ex consilio ejus etiam icones edidi, sed solummodo tales, quas ipse vidi atque comparavi. Addidi etiam appendicem, qui diagnoses atque descriptiones plantarum novarum et minus notarum, in operibus tantum rarioribus descriptarum continet. Doleo proinde valdopere, volumen II florae Tuae Dalmaticae nondum in lucem prodiisse. Cumque vol. I plures icones contineat absque descriptione, nec non multae

plantæ a Te denominatæ occurrant, quas e Dalmatia accepi, quarum omnium diagnoses desiderantur, et primum in 2do et 3tio volumine operis Tui præstantissimi descriptæ inveniendæ erunt; suppliciter rogo ut mihi diagnoses earum communicare velles, quas certissime jam factas possides. Res enim nimis ardua est diagnoses ex icone vel ex exemplari manco formare. —

Addidi etiam nomina nonnullarum plantarum, quæ in Vol. Imo desiderantur, et quas e Dalmatia accepi; sunt:

1. Trifolium Michelii Kunt! (Bolleri ex insula Lesina misit.)
2. Alisma Damasonium! Meisinger.
3. Allium striatum Jacqu. ic. plant. rar. II. t. 366; (comparatum!) (unicum exemplar inter plantas a Welchio communicatas aderat,)
5. Caricem indeterminatam...

Porro e Dalmatia accepi:!

Plantago serraria L. (Dr Alexander)

Anthemis incrassata Loisl.? Bolleri. (A. australis Bolleri)

Senecio leucanthemifolius ... Bolleri sec diagnosin in DC. prodr. non exacte convenit.

Galium setaceum Lam. (G. capillare Cav.)!

Delphinium pubescens DC.

Silene trinervia DC. Piller. Bolleri.

Brassica, puto esse B. creticam Sibth et Sm. fl. græca, convenit cum icone, quam Viennæ vidi, exacte!

Lychnis coeli rosa Bolleri

Orobanchen indeterminatam, in radicibus Gnaphalii Stoechadis ... quali?

Erucarium .... quam determinare non potui, etiam a Bollerio.

et alias valde mancas species, etiam Equis a Pettori a Bollerio missas possides.

Finem agens, spero, te Benignitate Tua mihi jam nota preces meas botanicas exaudire dignaturum esse. Litteras Tuas summo cum desiderio exspectans, maneo

Illustrissime Domine

servus Tuus
gratissimus
Dr Joseph Maly

Nomina Specierum, quarum diagnoses benignissime communicare velles!

1. Ptarmica abrotanoides Vis.
2 Centaurea crithmifol. V.
3 — Friderici ? argentea, fol. pinnatis.
4 Galium aureum Vis.
5. Asperula Staliana Vis.
6. Nolletiola glandulosa V.
7. Euphorbia Dalmatica V.
8. Senecio Dalmaticus Vis.
9. — Visianianus Papafava.
10 Scorzonera latifol. Vis. f. 1. (Etiam DC. prodr. VII. p. 125 habet S. latifoliam!)
11. Barkhausia bracteosa Guss. e Lombardia possideo, sed nullibi descriptam invenio!

Dubia quaedam ex Tuo elencho

quid Silene graminea Vis. ?

— Euphorbia capitulata Reich. quis nominavit eam E. foliflora ?

— Oxytropis lanceifolia Vis. ?

— Cytisus rupestris Presl dub.

— Dianthus biflorus Sibth.

— Helianthemum annuum Pers.

— Ranunculus fabbrunoalus Reich.

— — verrucosus Presl.

— Geranium monspeliacum Host. fl. austr.

Herbarium meam Austriacum construxi, si forsitan ex plantis dalmaticis mihi desideratis aliquas communicare possis, me gratissimum habebis, lubentissimeque plantas Tibi desideratas quas habeo, offero:

Flor 1829.

Anchusa microcalyx
Cerinthe purpurea
Herniar. rotundifol.
Anthriscus lencifol.
Ornithog. pyrale
Dianthus integer
Silene Tommasinii
Hellebor. multifidus
Satureja parvifl.
Vesicaria microcarp.
Lathyrus ensifol.
Medicago crassispin
Achillea argentea
Centaurea cuspidat
— punctata

Flor 1820

Thymus origanifol.
Crepis adenantha.

E flora Dalmatiae

Pharnaca abrotanoides
Centaurea crithmifol
vide apud Pillani
Matthiola glandulosa.
Euphorbia Dalmat.
Senecio Dalmaticus
— Visianus
Scorzonera latifol.
Silene gramine Vis.
Oxytropis lanceifol.

et si forte alias possides

Etiam e Lombardia mihi plantae
pro Herbario meo Austriaco
quam gratissimae erunt.
Compono hocce herbarium, quod
post mortem meam tanquam
herbarium normale Enumerationis
meae in quadam Academia vel
Universitate deponendum curabo,
ut posteris meis innotescat, qualem
ego plantam inscripserim!!